

HVGO DE S. VICTORE.



HVgo ille apud Germanos in Saxonia natus & educatus est. Is amore literarum Lutetiam profectus ibidem magna diligentia literis operam dedit, & insignem eruditionis laudem acquisiuit. Itaque circa annum Christi millesimum centesimum tricesimum apud Parisienses S. Victoris abbas constitutus est, unde etiam suum cognomen habuit. Is eo tempore cum extra ecclesiā esset, subinde libris incubuit, & praeclara eruditionis monumenta post se reliquit. Vnde etiam à Trithemio doctrinæ & pietatis nomine plurimum laudatur. Cum autem is uideret clericorum uitam plurimum à patrum innocentia declinasse, ipsos s̄epius officij cōmonuit, atque inter alia ita scripsit: